182

(524).

Ad D. Emanuelem de Lyra. 24 Apr. 1677.

Asinus ad Lyram.

S.

Si vales, bene est
Si solvis, melius,
Si non cessas valere
et solvere
Optimè

S.

N: Heinsio.

Nicolao Heinsio
Viro Amplissimo doctissimoque
C. Hugenius.
S.

(525).

Non properavi Vir amicissime hoc te Poematio, jam excuso denuò obtundere, ut cujus te satias pridem cæpisse debet. Ecce exemplarculum tamen, quale cum paucis amicorum hinc inde communicavi, et favetur senili Musæ longè præter expectationem meam. Alteram chartulam si digneris Illustrissimo Principi Præsulique nostro mittere, cùm scribendi occasio erit, feceris mihi quidem rem non ingratam, sed quam ipse aggredi non ausim. Tenue Munusculum est mole ac stilo. At quod ille harum amoenitatum eruditissimus cultor, quâ est mirabili humanitate, cursim inspicere non volet aspernari, tuâ certè manu oblatum ac et calculo commendatum. Vale, et quid rerum agas in illo tam tranquillo secessu, fac, ubi otium erit, subinde sciamus. Hagæ Com. IIX. Anni CIↃIↃCLXXIIX. quem tibi a capite ad pedes præcipuè sanum et jucundum opto.

N: Heinsio.

Summo Viro
N. HEINSIO D. F.
C. Hugenius a Z.
S.

(526).

Meâ tibi manu triplices ago gratias, Heinsi amicissime, Patris, inquam et filiorum nomine pro insigni ac literatissimo munusculo singulari. Tantò illa gratiora unicuique nostrûm obvenerunt, quod de valetudine tuâ, ad hæc tanta sufficiente, melius sentiendi causam dederint, quam quis facilè sperasset, sequimur enim te absentes, quocumque migras, ac talem te hodie cogitantes, qualis a nobis decedebas.

vix

viro te parem judicauimus operi, quod vianæ perag...
statueras. loquor de recensendâ et in ordinem redigendâ ...
vastâ et ingenti Bibliothecâ, quem laborem expertis no...
et quam totum hominem exigat, animi corporisque
viribus valentem. quamobrem sæpè miratus sum, cur
mentem tibi non venerit alienam operam adscire, qua...
tibi confectam paucis daret, solo te interim omnia dispens...
Thuani Poematium typis Elzeviriis excusum, miro...
ab ipso non accepisse, qui te non ignorauerit ma...
opusculo addidisse. Habes hic de meis exemplaribus ...
plura, si tanti sunt, habiturus. De meo Epithalamio...
nihil rescripserit Princeps doctissimus tantæ eruditio...
et judicii lector, rem dignam fecit, ut quem εἰς τὰ
τοῖδλα, non æquum sit se dimittere. Tu quidem beni...
frontes opusculum illud excipere dignatus es, ut mea so...
et quodam modo mirari tam extensi spiritus carme...
(opus erat duarum podagricarum noctium) a me pro...
esse, quem vix breuiculorum Epigrammatum spat...
egressum vidisses. quæro nunc, quid dicturus sis, si p...
diem Poema Latinum tuæ Limæ subjectum eo, cujus ...
in mille et quingentis versibus nondum inven...
Argumentum est vita omnis mea, Parentes, Natale...
Educatio, Disciplinæ, Itinera, functiones publicæ et p...
tæ, Nuptiæ, Liberi, prospera et aduersa. Historica...
ista, dices, et prosæ aptiora. fateor. at neque diffit...
animi nonnihil additum fuisse ex quo Epithalamiu...
de quo dicebamus, longè quam sperare ausus eram
ampliore plausu exceptum vidi; apud Gallos erudit...
præcipuè ~~a Boijeau Galliæ Poeseos hodie coryphæo~~
tam prolixe illud Regi ipsi commendare dignati su...
ut in suum sermonem verti Ipse mandauerit Bo...
Gallicæ Poeseos hodie coryphæo. Ejus operæ hic exem...
addo. Tu vide, an et quousque vir ille Latinitatis g...
assequi potuerit, quantum alter alteri cedamus. Perle...
versiculos gratum erit si ad me remitti cures. gra...
si valetudinem, ut supra monui. Vale vir exi...
et quid rerum agas fac subinde ne nesciamus. H...
22 Junii CIƆIƆCLXXIIX.

N. Heinsio.

Constantinus Hugenius
Viro summo
NICOLAO HEINSIO D. Fil. [182]

Non est hoc par pari referre Vir Amice, quod me g...
Carminum tuorum censorem aduocas, qui istam à te...
sole...